XX.

Inter Bona prohibita nequaquam cenſebuntur hæc quæ ſequntur Mercimonia, omnes ſcilicet Pannorum ſpecies, omneſque aliæ Manufacturæ textæ ex quâcunque Lanâ, Lino, Serico, Goſſipio, vel aliâ quâcunque materiâ; omnia Veſtium & Indumentorum genera, unà cum ſpeciebus ex quibus confici ſolent; Aurum & Argentum, tam ſignatum quam non ſignatum, Stannum, Ferrum, Plumbum, Cuprum, Orichalcum, Carbones focarii; Triticum etiam & Hordeum, & aliud quodcunque Frumenti & Leguminis genus; Herba Nicoſiana (vulgo Tobacco) nec non omne genus Aromatum, Carnes ſalitæ & Fumo duratæ, Piſces ſaliti, Caſeus & Butyrum, Cereviſiæ, Olea, Vina, Sacchara, & omne genus Salis, nec non omnis generatim Annona, quæ ad victum hominum, & vitæ ſuſtentationem facit; Goſſipii porro, Cannabis, Lini, Picis, tam liquidæ quam aridæ, omne genus, Funes, Rudentes, Vela, Linteamen velis nauticis aptum, Anchoræ, & Anchorarum partes quælibet, Mali item Navales, ut & Aſſeres, Tabulæ, & Trabes, ex quibuſcunque arboribus, omniaque alia ad Naves ſeu conſtruendas ſeu reficiendas comparata; ſed nec aliæ quæcunque Merces, quæ Inſtrumenti vel Apparatus alicujus pro Terreſtri, vel Maritimo Bello formam non acceperunt, pro Contrabandis habebuntur, mul-

XX.

Theſe Merchandizes which follow, ſhall not be reckoned among Prohibited Goods, that is to ſay, all ſorts of Clothes, and all other Manufactures woven of any Wooll, Flax, Silk, Cotton, or any other Materials whatever; all kinds of Clothes and Wearing Apparel, together with the Species whereof they are uſed to be made; Gold and Silver, as well Coyned as Uncoyned, Tin, Iron, Lead, Copper, Braſs, Coals; as alſo Wheat and Barley, and any other kind of Corn and Pulſe; Tobacco, and likewiſe all manner of Spices, Salted and Smoaked Fleſh, Salted Fiſh, Cheeſe and Butter, Beer, Oyls, Wines, Sugars, and all ſorts of Salt, and in general all Proviſions which ſerve for the nouriſhment of mankind, and the Suſtenance of Life. Furthermore all kinds of Cotton, Hemp, Flax, Tarr, Pitch, Ropes, Cables, Sails, Sail-cloths, Anchors, and any parts of Anchors; alſo Ship-Maſts, Planks, Boards and Beams of what Trees ſoever; and all other things proper either for Building or Repairing Ships; and all other Goods whatever, which have not been Worked into the form of any Inſtrument, or thing prepared for War, by Land or by Sea, ſhall not be reputed Contraband, much leſs ſuch as have been already wrought and made up for any other uſe; all which ſhall

6 to